a se tam crudeliter uerbera-
tum. Tunc uero apparere
omnibus causa manifesta
nec ignorare iam poterat
quin ob illius uiri iniu-
riam tenerentur. Igitur omnes
rapidis nos passibus con-
sequuntur. conscii facti ac
merito pudore confusi.
flentes et puluere quo
se ipsi fedauerant caput
atque ora conspersi. ante
martini se genua prouol-
uunt ueniam precantes. Et
ut eos abire sineret postu-
lantes. Satis se uel sola
consciencia dedisse penarum
satisque intellexisse quam
eosdem ipsos uiuos absor-
bere terra potuisset. uel
ipsi potius amissis sensibus
in immobilem saxorum na-
turam rigescere debuissent.
sicut affixa locis quibus
steterant iumenta uidissent.
Orare se atque obsecrare
ut indulgeret sceleri ue-
niam et copiam prestaret
abeundi. Senserat etiam
prius quam accurreret uir
beatus illos teneri nobisque
id ante iam dixerat. Veniam
tamen clementer indulsit

easdemque abire permisit
animalibus restitutis
Illud autem animaduerti
sepe sulpici martinum
tibi dicere solitum nequaquam
sibi in episcopatu eam uirtutum
graciam suppetisse quam prius
se habuisse meminisset.
Quod si uerum est immo quia
uerum est conicere possimus
quanta fuerint illa que
monachus operatus est et
que teste nullo solus ex-
ercuit. cum tanta illum in
episcopatu signa fecisse sub
oculis omnium uiderimus. Multa
quidem illius prius gesta
innotuere mundo neque
potuere celari. Sed innu-
merabilia esse dicuntur
que dum iactanciam uitat
occultauit. neque in hominum
noticiam passus est perue-
nire. Quippe qui humanam
substanciam supergressus
uirtutis sue consciencia mundi
gloriam calcauit celo teste
frueret. Quod uerum esse
uel ex hiis que coperta
nobis sunt nec latere po-
tuerunt. possimus estimare
De quidem dum episcopatu